

# TRACTATUS

DE

## MAGNO MATRIMONII SACRAMENTO.

AUCTORE

D. POTITO DE IORIIS

AB ASCVLO IN APVLIA,

V. I. D. Archidiacono, Vicario Generali, ac Capitulari,

atque Examinatore Synodali eiusdem Ciuitatis,

& ad præsens Confessario Ordinario Mo-  
nialium Urbis.



ROMÆ, ex Typographia Joannis Francisci Buagni: 1695.

SUPERIORUM PERMISSU.

**E**X commissione Reuerendis. P. F. Thomæ Mariæ Ferrari Mag. Sac. Pal. Apost. perlegi Tractatum de Magno Matrimonij Sacramento, Auctore A. R. D. Potito de Iorijs, cumque nihil in eo legatur sanę doctrinę, bonisque moribus dissonum; immo clarę, & breuiter in ipso explicentur præcipui casus ad idem Sacramentum spectantes, lucem publicam mereri censeo.

*F. Iacobbus Riccius Professor Theologię in Archigymnasio Romano, Procurator Generalis Ord. Præd. & Examinator Apostolicus Cleri in Vrbe.*

**E**X commissione Reuerendis. Patris F. Thomæ Mariæ Ferrari Magistri Sac. Pal. Apost. librum, cuius titulus de Magno Matrimonij Sacramento, Auctore A. R. D. Potito de Iorijs ab Asculo in Apulia, diligenter perlegi: & cum in eo sanę doctrinę, aut bonis moribus nihil non consentaneum offenderim; quinimò utilitatis repererim, ac commodi plurimum; eundem proindè prælo dignum existimo.

*F. Callistus Lodigerius Sac. Theologię humilis Professor Ordinis Seruorum B. M. V. & in Collegio Henrici Gandauensis de Vrbe studiorum Regens.*

# TRACTATUS DE MAGNO MATRIMONII SACRAMENTO,

Quod est vnum de septem Sacramentis à Domino Iesu  
Christo, summo Deo nostro institutum, summaque  
reuerentia tractandum. *Conc. Trid. Can. 1.*  
*sess. 24. de Sacram. Matrimon.*

Arduum, ac sanè perdifficilem totius Matrimonij  
Tractatum in partibus, & Quæstionibus  
complectar.


## PARS PRIMA.

### *De Preparatorijs Matrimonij.*

#### QVÆSTIO PRIMA.

##### S V M M A R I V M.

- 1 *Quo sint preparatoria Matrimonij.*
- 2 *In quibus consistit electio Vxoris.*
- 3 *In Matrimonio spirituali non requiritur tanta perplexitas.*

1  Reparatoria Matrimonij sunt quinque. Primo,  
Electio vxoris, vel mariti. Secundo, Dotis  
constitutio. Tertio, Sponsalia de futuro.  
Quarto, Denunciationes, seu publicationes  
præcedentes in Parochia propria. Quinto,  
Confessio, & Communio antequam deuenia-  
tur ad consumandum matrimonium.

- 2 *Circà electionem; Cum homo ad annos discretionis perue-  
nerit, recognito Dei beneficio cum gratiarum actione, qui ipsum*